

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

lusto Ionaē S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Venerando viro, Georgio, præposito Ec-
clesiæ Dei in urbe Arctoa ad
Spræam, amico suo,

S. D. Venerande domine Georgi: Adolescens,
qui literas uestras & pisces attulit, promiserat mi-
hi se ad me rediturum esse postridie, ut petiueram:
ac dixeram me responsurū esse: sed nō redijt. Nunc
igitur serō respondeo. Sed tamen semper apud me
beneuolentiæ uestræ memoria durat, & manet ac
mansura est amicitia. Pro piscibus ago uobis gra-
tias. & mitto enarrationem in Ioannem, editam à
domino Crucigero, in qua fortassis alicubi se ali-
quis uobis locus offeret non insuauis. Mitto & fi-
lio uersus de Luthero. mitto ei & aliud dulcissimū
Stigelij carmē: eumq; malo exempla talia imitari,
ubi Musa libera sententias argumento conuenien-
tes splendide explicare potest. Bene ualete: Die 6
Maij, Anno 46.

Iusto Ionæ S. D.

Non dubito quin magnopere mireris, cur nihil
ad te literarū adhuc post meum reditum dederim,
presertim cū nuncios habuerimus: & ego non i-
gnorem, earum rerum te cupidissimū esse, quas re-
quiris. Ac planè in tam pertinaci silentio dissimilis
mei uideri possum. nā aliàs in hoc genere satis offi-
ciosus existimari uolo. Ego uerò, mi Iona, sic sum
acerbissimis doloribus oppressus, ut omnia officia,
omnia

omnia studia mihi excutiantur: atq; mortem oppete-
 re malim, quàm his miseris ferre. Omnes dolo-
 res inferni nos oppreſſerunt: ſed tamen ſpero, Chri-
 ſtum remedia his rebus oſenſurum eſſe. Hiftoriam
 narrabo tibi totius conuentus, non ut populus re-
 citat, ſed ut noſtri ordinis homines, qui occaſiones
 & conſilia obſeruant: in te intelliges, quæ res me
 in tantum luctum coniecerit. Nemo ſcit præter me
 & Pontanũ, quæ fuerint totius cõuentus Spire ne-
 gociã: una res nocuit nobis, quòd diutius procaſti-
 nati ſumus, cum à nobis poſtularetur ut edictũ ad-
 uerſus N. comparemus. In ea contatione, quantum
 mali fuerit, non poſſum epiftola complecti: quan-
 quam iniquitas principum qui nobis malè uolunt,
 cauſam illi cõtationi aliquam prebebat. Nunc hor-
 ribiliter angor, cum animo pericula reputo, & me-
 tior quæ ex ea re exiſtũt. Chriſtus faciat, ne ex hac
 offenſione totius Imperij mutatio ſequatur. Omni-
 no infinita ſunt, quæ me horribiliter afficiunt his
 de rebus cogitantem. & nunquam non uerſantur
 ob oculos. Hic res ſcholãſtica priſtinum ſtatum te-
 net: Luherus Dei beneficio ualetudine utitur me-
 diocri. Nouum Teſtamentum Germanicum reco-
 gnoſcimus ſumma diligentia. Albis iterum intume-
 ſcit mirabiliter. In Haſtia uidi magnũ ſaxum ui ſus
 minis & teſtudine templi ita ciectum, ut ſi arte ef-
 ſet exemptum. Minantur alioqui ſigna multa. Chri-

flus respiciat nos, ego non leuiter commoueor his
rebus. Tu uale feliciter: Vitebergæ, Die 11 Iunii,
anno 1529.

Ad D. Georgium Schultetum, pa-
storem in Geberdsdorf, prope
Dama,

S. D. Venerande domine Georgi: Et ipse mini-
stros Euangelij ex animo ueneror: & ubi possum,
libenter eis benefacio: & sum hortator omnibus
meis auditoribus, ut sint memores dicti diuini,
quod ait, Duplici honore dignos esse eos qui rectè
docent. Si igitur tibi possem prodesse, facerem
summa uoluntate. Sed mea simplex uerecundia fuit
ingrata nescio quibus in ea aula, in qua tu pecuniã
petis. Nec meis literis responsum est, quã reueren-
ter scripsi. Et semper Principes illos honorificè
predicauit: quod bono studio facio, ut alij reueren-
ter de Principibus etiã loquãtur. Cùm igitur in eo
loco prodesse non possem, quãres alios deprecato-
res, quorum ibi plus ualere oratio potest. Scis uo-
luntatẽ Principis esse piam: sed mihi apud eum ad-
uersatur homo nunquam à me laesus, & potius mul-
tis beneficijs adfectus. Deo meas & publicas erum-
nas commendo. Bene uale, 22 Decembris,

1553.

Clarif.